



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXX. De Depraedatione territorii Medenike.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

C A P. CCCXIX.

*De,**Vastatione territorii Passoviæ.*

Anno Domini MCCCCXVI. tempore hyemali frater Henricus Marschalcus cum magno potentia e-quitum intravit territorium Passoviæ improvisè, & ipsum totum vastavit incendio & rapina, captis quingentis hominibus, & LXXVIII. occisis.

*Anno Domini MCCCCXVI.
Johannes XXII. Papa cum
bis electis in discordia regna-
vit.*

C A P. CCCXX.

*De**Deprædatione territorii Medenike.*

Dum autem idem frater Henricus reversus esset Kunnigsberg, invenit multos peregrinos de partibus Rheni, videlicet nobiles viros de Monte & Nuvenarc Comites, Arnoldum de Elner milites, & multos alios Nobiles, cum quibus congre-gato iterum magno exercitu venit ad territorium Medenikam, & ipsum depopulavit, captis & occisis ducentis hominibus. De parte fratrum etiam quinquaginta viri ceciderunt interfecti. Medio tempore, quo hæc agerentur, Comes de Monte sub vexillo fratrum ante castrum Megenadam milites multos fecit.

C A P. CCCXXI.

*De**Occisione LXXX. Lethowinorum.*

Hoc tempore Fr. Fridericus de Libencele Vice-Commenda-tor de Cristmetela cum XX. fratribus & LX. viris, versus Letho-